



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

AD LECTOREM.

H R I S T I A N V S V r s t i s i s tomo i. illus-
 um Germanicorum Scriptorum, Vulgate Hermannis-
 tioni aliam locupletiorem adiunxit, è regione repon-
 dentem. Cum quibus, si quis hoc nostrum Vrlicianum
 pogr aphum conferat, deprehenderet esse vtrisque longi-
 nius, auclius, atque emendatius. Ut autem hanc
 uersitatis causam, quæ mihi videtur, significem; censeo Hermanno in codi-
 bendo chronicid evenisse, quod & hodie multis claris Scriptoribus: plac-
 fatus, quem lambendo formauit, variauit: & hoc aliquoties: ut preuale-
 cesserint multa. Hec coniectura & Vrstisij est: quam, erunt mecum, &
 non pro certa recipiant: & eo quidem nunc minus, quod tercia Hermanni
 Editio accedit: qua ego fere persuaderem varietas à descriptoribus istis, quo-
 rum alius pro cuiusque captu, nonnulla adiecerit, altius rescenuit, id evanide-
 quitus plerunque fieri consueisse obseruo in illis libris, quos monachi libri
 que priuonsui describabant. Sane insunt huic, nusquam inquam ante
 visa, quæ historiam illius ævi illustrent. Q uis Hermannus fuerit, breui
 habe. Comites de Vöringen ditionem habuerunt, in aliibus Suevia, &
 Danubium supra Riedlingam. Ex horum illustri familia Hermannus, Te-
 themius Monachum sancti Galli facit: sed errat. Erroris causa fore est
 vulgata illa editio primum ex codice Sangallensi transcripta fuit. Nam
 ipse cenobitam in Augia Maiori (Reichenaw) in insula lacus Cellerii, ou-
 Acronij appendix est, ipsemet sepe diserte fatetur. Hermannus, qui dicitur
 Cōtractus, inquit Abbas Spanheimensis, Monachus Cœnobij sancti
 Galli, ordinis diuī patris Benedicti, natione Teutonicus, filius Comiti
 de Vöringen in Suevia, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in scien-
 tiaribus literis, vniuersaliter doctissimus, philosophus, poeta, altron-
 mus, rhetor & musicus, nulli suo tempore secundus, trium linguarum
 Græcæ, Latinæ, & Arabicæ peritissimus. Scripsit carmine & prola-
 za præclara volumina, de quibus ego tantum reperi subiecta; videlicet
 de musica, de monochordo, de sex artatibus mundi, de compositione

Astrolabij, de vtilitate astrolabij, de eclipsibus, de quadratura circuli, de conflitu rythmomachiz, de physiognomia, vitas plurium Sanctorum, Hymnos & prosas varias. Composuit etiam dulci & regulari melodia canus & prosas pulcherrimas: E quibus est illa de beata Virgine Maria dulcissima: SALVE REGINA. Et: ALMA REDEMPTORIS MATER. & ceteræ, quarum copiosus est numerus. Transtulit etiam nonnulla Gracorum Philosophorum & Arabum Astrologorum volumina in Latinum. Membris fuit iuxta nomen suum contractus, sed semper in gratiarum actione perseverans. Vnde & per Beatam Virginem Dei Genitricem interius mirabiliter consolari & illustrari meruit. Claruit temporibus Henrici Imperatoris secundi. Anno Domini

M XL. Ex omnibus illis libris Hermanni solum Chro-
nicon de sex mundi etatibus iam
extat.



CHRO-